



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Marcus Evang. 25. Aprilis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

40] 295. [53]

ripatio, quid audes subire difficultatis? concluē de  
triplici bono mundi maligni cū Aug. in psal. 16.  
*Quidquid mihi vult dare Deus, auferas totum, & je  
bi det bonum super omne bonum.*

---

## S. MARCUS Evang.

25. Aprilis

*Tu vero vigila & in omnibus la-  
bora, opus fac Evangelista, min-  
isterium tuum insole. ad Tim. cap. 4.*

**M**ARCUS ut primū res Christi lite-  
ris gestas consignavit, à Petro Alexan-  
driam legatus est: cum ipso, etiam Evange-  
lium in urbem penetravit. Cām enim sub  
porta Anianus cerdo detritas Apostoli so-  
licias reficeret, subulaque in levam exortante,  
Deum, ut sit in adversis, inclamaret, Mar-  
cus, vulneri remedium fecit, & Anianū mag-  
no operæ pretio ad Christi religionem tra-  
duxit; Sed cū ob quotidiana Fidei iucre-  
menta Marcus insidijs appeteretur Anianū  
pro se urbi Episcopum dedit, ipse Pentapo-  
lim abiit. Indidem biennio post Alexandriam  
redit; ubi ad aram ipso Dominicæ Resur-  
ctionis

tionis festo die captus raptatusq; per urbē,  
Paschalis pro Christo factus est victima: Ea  
nocte Angelus nomen suum Marco, Albo  
Cœli inscriptum monstravit, & Christus ip-  
sc magno præsens fuit solatio: posterā luce  
cū laquido gula implicaretur, tam cū con-  
stringi non potuit, quin celerior anima ad  
superos evolaret: cadaver ne tortores exire  
tent, coorta repente tempestas rogam om-  
nem cum bustuatijs disjecit. Nunc de illius  
tumulo Italia Germaniaq; certant, ut de cu-  
nis Homeri Græcæ urbes, lite tanto sanctio-  
re, quanto dignior est, qui Christi, quam  
qui Achillis prælia scripsit. Ex Eze, Rom. & S. Hier.

## M E D I T A T I O

*De Evangelii & mundi  
placitis.*

1. **E**vangelium est Jesu Christi testamentū, quo  
Enobis suam aperuit voluntatem, nōsq; suis ha-  
redes nuncupavit, ea tamen conditione, ut, quæ  
mandavit, diligenter adimpleremus; quare s̄pē mes-  
ditare æternas veritates, quæ in eo continentur;  
unica quippe, si recte intelligeretur, sufficeret ad  
sanctificationem nostram.

2. Suum mundus habet etiam Evangelium, Ea-  
vangelio Christi omnino contrarium. Etenim præ-

T 2 cipit